



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

5. Quid sibi velit sanctorum distributio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

Dei, qui auctor & principium fuit omnis illius Sanctorum virtutis, & sanctitatis, ac per consequens gloriæ cælestis, quæ eam sanctitatem excepit. Tantum itaque tantorum bonorum fontem, & auctorem amabis & admiraberis, gratiasque illi, quantas poteris, ages de omni eius gratia & misericordia concessa sanctis; quam roga- bis etiam tibi concedi, & donari, ut ad eorum Societatem pertingere aliquando possis.

PARS QUINTA.

Quid sibi velit Sanctorum electio, & sententiarum distributio; quæ in Sodalitate fieri solet?

Sodalitas in primis ad augendum in alumnis suis Sanctorum cultum, & honorem; ad persentiendam ipsorum meritis & suffragiis opem Dei, efficacius, mensibus singulis unicuique Sanctum aliquem designat, quem quisque toto mense colat; cui se crebro, mane potissimum, & vespere commendat, quem sacris illi feriis peculiari studio, cultuque observet, & veneretur; in eius scilicet honorem diuinam rem audiendo; vitam eius, si possit, legendo; recitando aliquas illorum laudes, ut sunt hymni,

K s;

ni,

ni, psalmi, aut id genus aliarum orationes; faci-
ciendo aliquos deuotionis actus, ut sunt
genuflexio, rursus pectoris, refractio lin-
guarum, fuga dissolutionis, carnis castigatio,
& his similes mortificationes voluntariae.
Opus etiam aliquod misericordiae obeun-
do; insignem aliquam elemosinam fa-
ciendo, &c. Denique virtutem eius aliquam
ad imitationem sibi proponendo. Recte
nim B. Chrysostomus: *Quem delectat Sancti
alicuius meritum, delectare debet par circa cul-
tum Dei obsequium.*

Deinde, praeter Sancti electionem, ad-
iungitur singulis sententia aliqua, vel ex
Scripturis sacris, vel SS. Doctoribus depro-
pta, eam ut obseruent, & quod monet, aut
postulat, exequi studeant. Praeterea nomi-
natim certus aliquis ex Confratribus com-
mendatur, pro cuius incolumitate & salu-
te, toto mense, peculiari cura, alter Deo
supplicet. Quod genus orationis ut Deo
est gratissimum, ita & fructuosissimum
ob virtutem caritatis, quam ea oratio in se
complectitur. Pro se orare, ait quodam lo-
co B. Chrysost. necessitas cogit; pro alijs au-
tem, caritas fraternitatis hortatur. Dul-
cior autem ante Deum est oratio, non qui
necessitas transmittit, sed quam caritas
fraternitatis commendat. Et beatus Gre-
gorius in Moralibus; Quisquis pro alijs in-
tercedit

tercedere nititur, sibi potius ex caritate suffragatur; & pro semetipso tanto facilius exaudiri meretur, quanto magis deuotè pro alijs intercedit.

Ad hæc pro negotio aliquo pio, aut Ecclesiæ necessitate aliqua, vel pro Ecclesiasticis, aut politicis magistratibus, principibus, dominis, &c. postulatur oratio. Itaque ea Sanctorum electio auget eorum in Sodalibus cultum, ipsorumque suffragia facile impetrat; fouet mutuam inter Sodales caritatem; facit ad Ecclesiæ, & Prælatorum bonum; aliasque utilitates & commoda adfert non mediocria; ut propterea non negligenda sit. Quia verò sæpè accidit, eorum Sanctorum, qui propositi sunt, res gestas à multis ignorari; aliqua in genere de ijs expendenda subiecimus; quæ etiam omnibus vsui erunt singulis Sanctorum ferijs ab Ecclesiâ solenniter institutis.

PARS SEXTA.

Orationes aliquot communes, & particulares ad Sanctos.

Subiungimus peculiares, & generales preces, vel ad omnes sanctos, vel ad sanctorum ordines aliquos, vel ad priuatum aliquem, ut in promptu sint sodalibus,

K 6

ad ex-